



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CCXXXVI. Johann Schlichtekam setzt zur Stiftung eines Altares zu Malchin gewisse Kapitalien und Einkünfte aus, am 25. Januar 1433.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

voluerit evitare ultionem; Vobisque Dno. Magistro Henningo Settegropen eisdem redditus XXV marcarum tum spiritualium ac temporalium administrationem committimus et conferimus in animam vestram salubriter gubernandam. Mandamus Vobis Dominis Presbyteris presentibus requisitis, quatenus prefatum Dominum et Magistrum Henningum in possessionem dictorum reddituum autoritate nostra ordinaria ducatis corporalem et realem facientesque id et nulli alteri de premissis redditibus integre. Datum Stetini, Anno Dni. MCDXXX, prima die Januarii nostro sub secreto presentibus appenso.

Rehrberg 1, 97. (Original im Königsberger Stadtarchiv Nr. 493.)

CCXXXVI. Johann Schlichtekam setzt zur Stiftung eines Altars zu Malchin gewisse Kapitalien und Einkünfte aus, am 25. Januar 1433.

Coram vniuersis et singulis cristifidelibus presencia visoris, auditoris et intellecturis Ego Johannes Schlichtekam, perpetuus vicarius Malchinenfis, publice recognoscendo profiteor, Quod alias ad honorem omnipotentis dei sueque matris gloriose virginis marie Beatorumque Bartholomei apostoli, laurencii martiris et margarete virginis dedi — ducentas marcas monete vinconensium et XVIII marcas redditus eleemosinarios inde provenientes in opido Malchin Caminenfis diocesis deifice comparatos Ad perpetuas elemosinas ecclesiasticas. In summa centum et LX marcarum redditus Johannes Mentlike Consul Malchynensis tenetur obligatus, pro eisdem impignorauit quatuor iugera agrorum extra valuum wargenthin premissi opidi Malchin iacentia, Item in summa centum marcarum et IX marcarum Reddus Bernardus et Nicolaus fratres conducti Strelow tenentur obligati, pro quibus mater carnalis ipsorum, vxor legitima antedicti Johannis, ad eorum vtilitatem impignorauit quinque iugera agrorum extra eandem valuum iacentia. Et sepedictus Johannes Mentlike pro se et pro dictis fratribus bernardo et Nicolao vna cum suis veris heredibus XVIII marcarum redditus promisit exsoluere effectiue, prout ista omnia et singula ampliori modo in scriptis continentur. Insuper pro fortiori diuini cultus aumento Ego Johannes Schlichtekam prelibatus Ad huiusmodi summam ducentarum et XVIII marcarum redditus matura deliberatione prehabita appono et assigno sexaginta marcas eiusdem monete. In triginta et trium marcarum redditibus tenetur obligatus Nicolaus lewezow in gurzendorp residens. Item triginta marcas locauit ad depositum apud dominum hinricum peynen; officialem generalem. Sic quod de eisdem trium marcarum redditus in premissis opido Malchyn comparentur effectiue. Rursus desidero et fieri volo quod statim post obitum meum et mei compermutatoris ex prenominata summa ducentarum et sexaginta marcarum summe principalis vnacum XXVIII redditibus In ecclesia seu capella contigua Malchinenfi erigatur vna perpetua vicaria de licentia domini plebani ecclesie eiusdem Et quicumque liberaliter per veros patronos ad redditus huiusmodi presentatur, Ille onus construendi novum altare sine contradictione assumat, consecrationem eiusdem infra terminum sub suis sumptibus procuret effectiue vel alias, Si locus edificandi noui altaris ibidem non vacaret, tunc de voluntate domini plebani eandem vicariam ad aliud altare iam constructum et dedicatum

et etiam de consensu patronorum cum officiis diuinis necessariis more aliarum vicariarum Malchinentium appropriat cum effectu et ibidem missas iuxta onera sue conscientie celebrabunt et se alii beneficiatis omnino ibidem conformabunt. Datum Anno domini Millesimo CCCXXXIII, In die Conuersionis sancti Pauli apostoli, sub meo proprio appenso sigillo in testimonium singulorum premissorum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 196.

CCXXXVII. Sigfried, Bischof von Camin, genehmigt die Stiftung einer Vicarei in Königsberg aus dem Vermächtnisse des Andreas Witterogk, am 19. April 1433.

Sifridus, Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Caminensis, ad perpetuam rei memoriam. Debitum nostri pastoralis officii exequimus, cum ea, que nostre confirmationis ordinarie muninime Indigent, nostris literis autenticis stabilimus. Debita cum instancia requisiti. Dudum honorabilis vir dominus Andreas Witterogk, quondam perpetuus vicarius in parrochiali Ecclesia Ciuitatis Konigisberghe nostre diocesis felicitis recordationis, dum in humanis ageret, certos elemosinarum Redditus viginti quatuor marcarum in augmentum diuini cultus fundauit, donauit et assignauit. Summa vero capitalis huiusmodi reddituum prefatorum de quibusdam tribus casis protunc suis, prope Stubam Consulatatus Konigisbergensis situatis, Et manso suo Meliori, quem etiam protunc habuit, In confiniis Mansorum ciuitatis prefate, tunc aggreganda et nunc aggregata, per quondam Reuerendum in cristo patrem et dominum dominum Nicolaum felicitis recordacionis Episcopum Caminensem predecessorem nostrum Aut eiusdem In spiritualibus et temporalibus vicarium generalem fuit confirmata, Prout juris et moris est in forma solita et consueta. Assignauitque dictus dominus andreas et concessit nutui et voluntati Consulū Sepedictę Ciuitatis Konigisberg, vt ad quoddam altare conficiendum in Capella Beate Gerdrudis virginis foris muros ciuitatis prenominate vel alibi ad laudem et honorem omnipotentis dei Sueque gloriose virginis matris Marie, Beati Andree apostoli Anthōniique Martiris, Gerdrudis sanctę virginis et liborii confessoris dictos Redditus applicandos et apponendos Et sic inde perpetua vicaria constitueretur. Cuius quidem vicarie collationem seu iuspresentandi Ad consulatū Sepesate ciuitatis Konigisberg post eius obitum tandem perpetuo voluit deuolui. Nunc vero aggregata ut prefertur de pretactis Casis et Manso huiusmodi reddituum Summa principali siue capitali iidem redditus in promptioribus bonis validi viri Conradi Strucz In villa vitenitz et In aliis suis bonis hereditariis acquisitis seu acquirendis infuturum deifice sunt comparati, Singulis annis suis temporibus percipiendi, Prout hec omnia et singula Nobis fidedigna relatione expōita sunt et declarata, sumusque ea, qua decuit, reuerentia humiliter supplicati, quatenus diuine remunerationis intuitu, Auctoritate nostra ordinaria huiusmodi summam cum redditibus sic, vt prefertur, inde comparatis, Aut alibi Infuturum deifice Cum augmento coniunctim vel diuim comparandis denuo Confirmare, Ratificare et approbare dignemur. Nos vero Sifridus Episcopus prefatus, huiusmodi Supplicationibus ex radice caritatis